54

Responsum Ducis Prussiae.

Serme Rex Potentissime Princeps ac Dne Dne Clementissime. Serme Mti Vrae servitia Nra fide, et obsequio plenissima humillime deferent, eidem successus rerum omnium prosperrimos unice comprecamur. Serma Rg. Mtis Vrae binas literas ad Illm. Ducem Prussiae Dnum Nrum Clementissime scriptas, in quibus Serma Regia Mtas Vra statum Regni Poloniae Illmae Celsitudini notum facit, simul ac ratione militaris subsidii, et ut Nobilitas Capitaneatus Piltinens ductum Palatini Vendensis sequat. Illmam Celsitudinem suam admonet, debita cum reverentia accepimus. Nos equidem praesentem statum incliti Regni Poloniae aegre ferentes nihil magis in votis habemus, quam ut inclytum hoc Regnum ab hostium incursionibus pacifice et tranquille conservetur prout etiam minime dubitamus Deum praepotentem adversus eorundem conatus Sermae Mtis Vrae prosperos feliciesq successus benigne concessurum. Quoniam vero Illmae Celsitudini suae nomine recordatur ad quid Illma Celsitudo Sua Dnus Noster Clemens ratione vasalli vigore pactorum inter Regnum Poloniae et Ducatum Prussiae initorum obstricta sit, Utriq. Serma Regia Mtas Vra certo statu, ac Illma Celsitudinem suam erga Sermam Regiam Mtem Vram se se ita praestituram, ne ullibi pactorum praescripto contravenisse videatur. Literas quibus Nobilitas et Ceteri subditi Episcopatus Cracoviae tam à Serma Regia Mte Vra, quam a Dno Palatino Vendensi ad expeditionem in Livoniam evocati sunt, quod attinet, Serma Rg. Mtas Vra ex literis eorundem ad Nos Missis quidnam ratione privilegiorum sibi competentis allegent, clementissime cernere potest. Et quia negari non potest Expeditionem hanc extra fines Cracoviae contra morem antiquum, consuetudinem, et privilegia dictae Nobilitatis tendere, utiq non potuimus non illorum allegatis acquiescere. Quare Sermam Regiam Mtem Vram nomine Illmae Celsitudinis suae submisse rogamus, ut consideratis supra adductis rationibus, Nobilitatem, et Subditos Episcopatus Cracoviae clementissime excusatos habeat. Hocce de Serma Regia Mte Vra Illma sua Celsitudo quibusvis obsequiis et studiis demereri annitetur, Nosq. Sermae Mti Vrae servitia Nra obsequentissima humillime deferimus Sermam

Regiam

Regiam Mttem Vram divinæ protectioni commendantes. Datum Regiomonte Die 8 July A° 1666